Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/292739

18

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

BERNARDI TER HAAR,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

CHRISTOPHORUS DE WILDE AF.,

e pago Baarn, Trajectinus.

A. D. XI. M. OCT. ANNI MDCCCLIX, HORA II.

Trajecti ad Rhenum,

APUD J. DE KRUYFF.

MDCCCLIX.

TYPUS MANDAVERUNT L. E. BOSCH ET FILIUS.

THESES.

I.

Sponsalia per procuratorem fieri non possunt.

II.

Nulla est antinomia inter l. 37, § 1, D. de leg. I, et l. 2, § 1, D. de opt. leg.

III.

Actio quasi Serviana potest locum habere, pignore pro obligatione naturali dato.

IV.

Facio cum Cl. Vangerow Leitfaden § 508, (p. 312), jure Justinianeo, stipulationem sibi et uni heredum dari, omnibus heredibus prodesse, si autem non sibi sed uni heredum tantum dari quis stipulatus sit, tunc unice creditorem fieri eum, cui stipulatus est.

V.

Nulla est antinomia inter l. 21, D. de cond. et demonstr. et l. 21, § 3, D. de adquir. vel. omitt. heredit.

VI.

Art. 1227 C. C. continet exceptionem praecepti art. 1220 sanciti.

VII.

Pater, qui neglexit tutori honorario exhibere statum bonorum pupilli, a tutela quidem removeri potest, sed non ipso jure desiit tutor esse.

VIII.

Nullitas in jus vocationis simul cum responso de

re ipsa proponi potest, a contumace se opponenti sententiae in se latae.

IX.

Non facio cum sententia tribunalis Rotter., legatum a muliere relictum partis rei, quam cum marito communem habuit, si maritus rem ante mortem uxoris vendidit sed demum post tradidit, non valere.

X.

Filio naturali, a matre vel ab utroque parente agnito, tutor testamento dari potest.

XI.

Contra album creditorum comprobatorum, ex art. 826 C. M. legitime clausum, recursus non datur.

XII.

Art. 577 C. M. etiam spectat magistrum.

XIII.

Adsecurator praemii partem restituere non tenetur, si pro minore summa captus se redemit.

XIV.

Magister navis non tenetur propter damnum vado-

rum exploratoris culpa alteri navi datum, si hujus ministerio uti debebat.

XV.

Cum dies literarum cambialium cadit in diem dominicum, protestatio demum die martis fieri potest.

XVI.

Recte Ortolan: „La grâce est un complément nécessaire de la pénalité sociale."

XVII.

Moderamen inculpatae tutelae eo non tollitur, quod aggressor sine libertate egit.

XVIII.

Conatus bigamiae legi poenali obnoxius est.

XIX.

Curia, ubi incepit testes audire, novam criminis inquisitionem jubere nequit.

XX.

Poena carceris solitarii probanda est.

XXI.

De inrigting van de amortisatiekassen ter afdoening der staatsschulden is af te keuren.

XXII.

Met regt zegt SMITH, (The wealth of nations V. 3), „when it becomes necessary for a state to declare itself bankrupt. . . . a fair, open, and avowed bankruptcy is always the measure which is both least dishonourable to the debtor, and least hurtful to the creditor.”

19 n 648